Wawrzynkowicz Andreae: Quaestio logica de scientia.

IN NOMINE DOMINI, AMEN.

QUÆSTIO LOGICA. DE SCIENTIA,

Ex Lib. 2do Posteriorū Aristotelis tex: 169.

SUB FELICISSIMIS AUSPICIIS,

Magnifici, Perillustris, & Reuerendissimi Domini,

D. M. IACOBI BALTAZAROWIC,

S. TH: DOCTORIS ET PROFESSORIS,

Inter Collegas Maiores Senioris Patris,

Ecclesiarum Cathedralis Crac: CANONICI,

Collegiatæ Sanctorum Omnium PRÆPOSITI, Curati

Prosouiensis, Contubernij Staringeliani Prouisoris,

Almæ Uniuersitatis Cracouiensis,

GENERALIS, & VIGILANTISSIMI

RECTORIS.

A

M. ANDREA WAWRZYNKOWICZ,

Philosophiæ Doctore, Nouoduorsciano Dialectices Professore, Contubernii Noscouiani Seniore.

PRO LOCO in Collegio Minori obtinendo,

PUBLICÈ AD DISPUTANDUM

PROPOSITA,

in Perausgusto DD. Theologorū Lectorio,

Anno Incarnatæ Sapientiæ 1684. Die 13 Mensis 8bris Hora. 13.

CRACOVIÆ, Typis Vniuersitatis. aaa.

QUÆSTIO LOGICA.

Vtrum Scientia totalis, quæ est vna simplex qualitas: illaq; tum subalternans, tum subalternata: de cuius essentia est certitudo, euidentia & veritas: possit esse de eodem Obiecto simul cum opinione, nec ne?

CONCLUSIO I.

Scientia totalis est vna simplex qualitas.

COROLLARIA.

I. *Scientia totalis non est quid aggregatum per accidens ex pluribus habitibus.*

II, *Licet omnes assensus scientifici quantum ex se, sint productiui habitûs scientiæ, solus tamen eum primus producit ratione subiecti, alii autem tantum intendunt & extendunt habitum iam productum.*

III. *Non repugnat vnicam simplicem qualitatem, siue sit potentia, siue habitus, posse extendi ad plura Obiecta, quando sub vnico mottuo & modo tendendi attingit omnia.*

IV. *Vnde quando* D. Thomas *dicit: scientiam collectionem specierum, intelligendus est loqui: non formaliter sed fundamentaliter & inchoatiuè.*

V. *Plurium habituum scientificorum, specie differentium, qui tamen sunt vnum secundum genus, est vnum medium propter quid; plura tamen possunt esse secundum speciem.*

CONCLUSIO II.

SCientia alia est subalternans alia subalternata.

COROLLARIA.

I. Obiectum scientiæ subalternatæ & subalternantis, non est omnino idem.

II. Neq; principia vtriusq; sunt eadem, sed ordinariè distincta.

III. Vera subalternatio, non destruit in subalternata rationem veræ scientiæ.

IV. Scientia subalternata, sinè subalternante acquisita, est verè & proprie scientia, licet non habeat perfectionem, ac statum scientiæ videlicet actualem euidentiam.

V. Scientiarum subalternatio non est ratione finis; vel principiorum tantum, sed ratione Obiecti.

CONCLUSIO III.

CErtitudo, euidentia, & veritas sunt de essentia scientiæ.

COROLLARIA.

I. Licet certitudini intrinsecæ, nullo modo possit subesse falsum, intrinsecæ tamen non item.

II. Hæc euidentia, quam de essentiali ratione dicimus, non est à se, sed ab euidentia principiorũ participata.

III. Vnde rectè Philosophus Libro 1. Posteriorum docet: CertitudinemConclusionum, à certitudine principiorum, tanquam à propriò fonte oriri.

IV. Euidentià in communi non est de ratione scientiæ, abstrahendo illã à subalternante, & à subalternata.

V. Licet veritas conueniat scientiæ, tanquam passio consequens essentiam, non est tamen prædicatum essentiale scientiæ.

CONCLUSIO IV.

Scientia de eodem Obiecto cum opinione in eodem intellectu esse non possunt.

COROLLARIA.

I. *Etiam habitus opinionis, cum habitu scientiæ, non potest simul esse in eodem intellectu de eodem Obiecto.*

II. *Nec aliter intelligendus est Sanctus Thomas 3. Parte, q. 9. Art: 2. citatus à contraria sententia, nisi quod adueniente demonstratione, vel scientia ab ea genita non remaneat opinio, sed solum cognitio parta per argumenta probabilia.*

III. *Fides quoq; & scientia naturalis respectu eiusdem Propositionis est incompossibilis.*

IV. *Multò magis etiam incompassibilis est scientia cū errore, quàm cum opinione.*

V. *Potest tamen de eodem Obiecto, secundùm idem prædicatum simul stare scientia & opinio, diuerso tempore in eodem intellectu.*

Scientiarum Domino DEO Honor & Gloria.



Permissu Magnifici Domini RECTORIS.